Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina

Melanchthon, Philipp

Wittebergae, 1621

Caput XIIX. [XVIII.] De qvinta declinatione

urn:nbn:de:bsz:31-112308

Visual Library

Alia nomina U, alia I, ante BUS habent. Nam

Arcus, Acus,[6] *Portus,*[7] *Qvercus, Ficus, Lacus, Artus,* 6.7.

U retinent, Tribus adde, Specusq́;, Veruq́;, Pecuq́;[8], 8.

Sic etiam Partus, ſic Qveſtus[9]. *Cætera*[10] *IBUS dant.* 9.10.

Caput XIIX.

De Qvinta Declinatione.

** Qvæ eſt Qvinta Declinatio?*

Qvinta Declinatio eſt, qvæ in Genitivo & Dativo habet EI,[1] † E producta in puris, correpta in impuris.* *ut, Species, Speciēi; Fides, Fidĕi.* 1.

△ Qvi Caſus peculiare qvid habent?

Genitivus & Dativus Singularis; Genitivus, Dativus, & Ablativus pluralis.

△ Qvid de Genitivo Singulari eſt notandum?

Genitivus Singularis in EI, apud antiqvos olim in ES, II, vel E deſinebat. *ut, Dies, huius Diei, Dies, Dii, & Die.*

1\. *Georg. Libra, dies*[2] *ſomniq́; pares ubi feerit horas* 2.

1\. *Æn. Munera lætitiamq́; dii.*[3] 3.

3\. *Met: Prima fide vociſq; ratæ tentamina ſumpſit.*

Vide Gell. l. 9. cap. 14.

△ *Qvid de Dativo Singulari eſt notandum?*

Dativum qvoqve in EI, antiqvi per E efferebant. *ut,*

Lucil. l.7. Ætati facieq; tuæ, pro faciei.

Horat. 1 ſat. 3. Prodiderit commiſſa fide, pro, fidei.

Ov. 6. Met. Tentataq; penè reliqvi Tentamenta fide, pro fidei.

† *Qvid de Genitivo, Dativo & Ablativo plurali notandum?*

Genitivus, Dativus, & Ablativus plurales, in Qvinta deſiderantur. præterqvam in *Acies, Facies, Superficies, Dies, Res, Species.* [4]

4\. □ *Spebus,* 5 extat apud Victorem. *Sperum,* improbatur.

5\. *Spes* in Nominativo & Accuſ. extat. *Exſpes,* ſolum Nominativum & Vocativum habet.

□ Hactenus Analogiam Nominum propoſuimus: *qvam Pueros animo complecti oportet, ut fingere ex propoſitis Paradigmatis, omnium ſimilium vocum Caſus ac variationes poſſint.* Supereſt igitur ut de Anomalis dicamus. *Sunt enim nonnulla Nomina, in qvibus uſus Latinè loqventium ab Analogia diſcedit.*

CAPUT XIX.

DE INDECLINAbilibus.

□ *Qvotupliciter Nomina ſunt Anomala?*

Dupliciter; Privativè & Poſitivè.

Quo-